tus/quod a latinis faux ſeu fauces dicitur.

¶ Hoc mẽbrum uocatur etiã brõchiũ ſeu bronchũ ad ſimitudi/
nẽ certi piſcis:et etiã uermis tereſtris brõchiũ dicti: cuius corpus
eſt oblõgũ/chartilagineũ:ſeu ſquamoſũ:et ãnulare/ſicut ẽ uipa.

¶ Huius mẽbri ima ps:in binas diuiſa eſt ptes/a dextris una/alia
a ſiniſtris/q̃ ſupiorẽ pulmonis partẽ ĩgreditᷣ:et ab hinc p totã pul
monis ſubſtãtiam ſemper minuẽdo:p cẽtrũ ipſius uſq; ad extre/
ma:in ĩfinitas partitur fibras/ad ipſum totũ:et ad cor ducẽdo: et
reducẽdo ſpiritũ:eo mõ quo patuit ĩ pulmonis inueſtigatione.

¶ Hoc mēbrū nō ex una ſola eſt chartilagine/ſed ex pluribus cō
uexis exterius:& cōcauis interius/una iuxta aliā cū aliquali diſtā
tia/ligamētis:& pāniculis unitis:ut mediātibus pāniculoꝝ uillis:
qui ſunt longitudinales:& ſuoꝝ muſculoꝝ neruis/poſſit extēdi:
& retrahi in ſuis motibus:& eſt durū moderate:& leue:ut ſit ſono
rū:& eſt ſenſu priuatū:ut reſiſtat extrinſecis lędētibus:& eſt ſphe
ricū:quia eſt minus aptū lędi:& ſuę chartilagines uerſus Gulā in
ↄpletę ſūt:ut ſua duritie reſiſtāt deglutitis:iō ↄpleť tracheę cāna/
lis poſterius a ligamtis & pāniculis p̄dictis/q̄ ſua mollitię obediūt
deglutitis:& pp hoc ī neceſſitatibus:gutturis ↄcauitas:ītra ipſam:
cędētibus ipſius pāniculis/ſeruit Gulę:in buccelis magnis deglu
titis:& Gutturis pāniculi faciliter obediūt ī deglutiōibus: quia ho
ra anhelitus:& deglutiōis eſt diuerſa : & nō ſolum guttur in hoc
ſeruit Gulę:ſed etiā Gula gutturi in anhelitu/quia tēpore anheli
tus:Gula eſt uacua/ſicut guttur eſt uacuū ſpiritu: deglutionis tē
pore:quia in deglutionibus ſemper claudiť epyglottis.

¶ Gutturis ēt ps poſterior nō fuit cartilaginea:ſed pānicularis ut
humectareť facilius:aliqd humidi bibēdo/uel lābendo:ſicut ſępe
ↄtingit ī magnis caloribus:& ī febribus:& ut etiā facilius p̄ſcreatū
educanť materię ī pectore ↄtētę/ſicut ↄſtat ī pleuretico morbo.

¶ Et hoc mēbrū ſagaciter fuit chartilagineū:& pelliculare miſtū:
pp duo.ſ.pp ſonū ſeu uocē:& pp anhelitū:Ideo ſeruit ipi:& uoci:
& nō eſt ſonoꝝ uerſus Gulā:quia ibi eſt lene:& quaſi carneum:&
ideo ſi trachea:& epyglottis nō ſunt ſicca decēter:ſed humida:ſit
raucedo:teſte Gal.ī libro de uoce/& anhelitu:ut ↄſtat ante potū:
uel cibū liquidū/ꝙ uox clara eſt & ſonora / ſumpto uero potu p
Gulā humectāte tracheā:ipi proximā & unitā/nō clara uox red
diť:& ſi ſupflue humecteť potu/uel reumate fit raucedo:Et ideo
ſenes pp haꝝ partiū hemiditatē:rauci ſūt:& corpora ſicca : clario
rē:& magis ſonorā:habēt uocē humidis:& ſi uiaꝝ uocis īſtrumē/
ta apiātur:tūc ſubito multus exit Aer:& iſte eſt anhelitus:& ſi cō
ſtringātur/cū anhelitu:ē aliquod audibile/diuerſum diuerſitate
īſtrumēti ↄſtricti:& ſi epyglottis ↄſtrīgiť:ſit uox/ſi uero ſola cāna
fiet quoddā:ꝙ ē īter anhelitū & uocē:& hęc ē raucedo/hęc Gal.

¶ Ex p̄dictis patet gutturis ſubſtantia:cuius pāniculus īterior eſt
ſatis ſolidus & durus ut reſiſtat catarris:& ſcreatibus malis:& ua/

pori capnoſo reſpirato a corde:& ut reſiſtat motibus gutturis in uoce/ſitus/figura/et colligantia/et numerus et iuuamenta gutturis:ac ſua quãtitas/ſunt ꝯſpicabiles. Sua complexio eſt frigida & ſicca. Paſſiones omniũ modorũ patitur.

¶ De Capite Gutturis: quod Epyglottis dicit᷑.

Iſis prędictis ad ſupremũ Gutturis deuenio/huius mẽ/bri ſubſtãtia principalis:eſt ex chartilaginibus pluribus: artifitioſe et magna diligẽtia inuicẽ cõiũctis/ex quibus reſultat uox:et uitę conſeruatio/has chartilagines inuicẽ ligant: muſculi/ligamẽta/et pãniculi tegẽtes totã tracheã/ĩtra: et extra.

¶ Hoc mẽbrũ teſte Gal. non eſt ex una ſola chartilagine/ſed ex pluribus diſſimilibus figura:& quãtitate/ut merito numeri dilatari poſſit:& cõſtringi pp anhelitũ :& uocẽ. Et ſue chartilagines ſunt ad minus quatuor:quarꝫ una:nõ ẽ pura chartilago/ideo auctores cõiter ponũt in epyglotti tres chartilagines/q̃ ſunt purę: Prima pura chartilago:dicta eſt peltalis/ſeu ſcutalis uel ſcutiformis/quia formã gerit ſcuti/ipſius cõuexũ ẽ ante uerſus/cõcauũ uero ẽ ꝯuerſũ ad epyglottis cẽtrũ.ſ.ad uiã aeris/& hęc ẽ altis maior/q̃ a nobis ĩ anteriori pte colli ſub cute uidet᷑ eminẽs notabilr.

¶ Poſt ſcutalẽ uerſus Gulã:ſeu Meri/eſt ſecũda pura chartilago: quę nõie caret/nec a gręcis/nec a latinis nomen habet : & ideo uocat᷑ chartilago innoĩata/ſeu nomen nõ habẽs/hęc ſecũda habet ſuã partẽ inferiorẽ pfecti circuli/cũ qua eſt retro/ante:& a lateribus:unita cũ ſupmo circulo tracheę arterię: & uerſus ãterius/eſt cũ ſua circulari parte ſub ſcutali firmiter unita : & ſcutalis hẽt duo additamẽta notabilia:quibus amplectit᷑ ſecũdã:& iſtę duę ſimul unite:cõponunt totũ porũ aeris circularem/ante/retro:et a lateribus:totaliter chartilegineũ:et durum.

¶ Tertia chartilago ẽt pura:uocat᷑ cõiter cymbalaris : et a Gal. uocat᷑ Antyoidea/quia eſt alligata intra chartilaginẽ ſecundã:in ipſius ſupmo uerſus porũ aeris in oppoſito oſſis hyoidei. Hęc tertia eſt tanto minor ſecũda/quãto prima.eſt maior ſecũda:et hęc chartilago iudicio meo nõ eſt una ſola/ſed duę:unitę taliter q; uidẽtur una ſola:et hęc gerit in ſui aprione:uicẽ ualuarũ duarꝫ pulibelli:quarꝫ una claudit᷑ uerſus aliã : et oppoſito modo opantur in ſui aptione:et hęc chartilago:qñ claudit᷑ in ſuo ſupiori:et etiã

In iſeriori:facit foramen latius:q̄ in ipſius medio:& tūc habet tale foramen:quale/ſeu qualia:habet tuba in ſuis extremis. Maius tñ ſupius/q̄ inferius:ideo Gal.dicebat octauo de iuuamentis/ꝙ ad eſſe uocis oportebat epyglottim eſſe primo amplam:deinde ſtrictā:& deinde iterū āpliari:& qñ hęc clauditᷣ obuiat ſcutali: & qñ apiūtᷣ ſue ptes ſeu ſua latera:uadūt uerſus chartilaginē nomē nō

❡ Supra has tres chartilagines eſt quarta/q̄ eſt corpus chūtē. mēbranoſum/chartilagineū & pingue/ſimile linguis fiſtularꝫ:& ideo Gal.uocat glotidā:uocatᷣ etiā ſublinguiū: & hoc eſt pricipaliſſimū uocis organū:& glotida nō eſt mēbrū ex pura chartilagine/quia durū difficulter plicatᷣ:nec ex pura mēbrana/quia ī claudēdo duplicaretᷣ/ſed eſt cōpoſita ex mēbrana & chartilagine:pp decentē clauſurā:& in ipſa eſt etiā pinguedo/ne exſiccetᷣ:tū motu fere cōtinuo:tum etiā ſpirādo & reſpirādo aerem exſiccātem: hoc mēbrū:habet claudere epyglottim deglutiōis tēpore:& cimbalaris etiā claudit:hęc a retro/glottida uero anterius/taliter ꝙ ordinarie:nec in uomitibus:nec in deglutionibus: aliquid ingredi poteſt pulmonis cānam.

❡ Et epyglottis non eſt ex una ſola chartilagine: ſed ex pluribus ut poſſit dilatari:& cōſtringi in diuerſitatibus uocum formādis: & iō natura dedit iſtis chartilaginibus:& etiam gutturi muſculos ſeruiētes/quorꝫ quatuor:uniūt primam chartilaginem ſecundę: & iſtorꝫ duo:ſunt intra:claudētes epyglottim:& duo extra.

❡ Sunt & alii quatuor:qui iūgunt ſecūdā cū tertia .ſ. cū cimbalari/quorū duo ſunt poſterius:& iſti apiūt/Cimbalarē ad poſteriora trahētes: & duo a lateribus:ipſam ēt ad latera trahentes.

❡ Sunt duo alii muſculi circa ſcutalem chartilaginem intra epyglottim/qui claudunt cimbalarem.

❡ Sunt etiā intra epyglottim duo alii muſculi circa radicē cimbalaris:claudētes etiā epyglottim: & iſti.xii.ſūt proprii chartilaginibus epyglottis/nulli ptiū adiacētiū copulati:teſte Ga.vii.de uti.

❡ Glotida etiā habet unū par muſculorꝫ:qbus mediātibus claudit ſupremū epyglottis:& iſti ſunt fortiores aliis:teſte Gal.viii.de iuuamētis:& iſti reſiſtunt muſculis pectotis:& aliis muſculis apiētibus epyglottim & forte ſecūdum aliquos ꝙ iſti ſunt ultimi duo immediate deſcripti.

¶ Vltra p̄dictos ſunt etiã alii octo muſculi/ quoꝝ duo ſunt ꝓpri cãnę pulmonis:teſte Gal.in libro de uoce/& anhelitu:& iſti ſunt in canali gutturis:& iſtos Auic.dicit eſſe apud gulam.

¶ Eſt aliud par muſculoꝝ gutturi ſeruiens:nõ principaliter tamẽ: ſed ſeruit etiam mẽbris uicinis:& hoc par continuat tertiã char/ tilaginem cum Gula.

¶ Et ſunt duo alii gutturi ſeruiẽtes:ad deſtructionẽ quoꝝ ſit rau/ cedo.Et iſto mõ erũt.xx.muſculi ſeruiẽtes epyglotti:& gutturi.

¶ Et hinc cõprehendiť error aliquoꝝ modernoꝝ/qui credunt in faucibus eſſe duos proprios muſculos ipſis ſeruiẽtes/putantes ꝙ Auic.prima primi de muſculis gutturis:per guttur ĩtelligeret fau ces:ſicut fecit nona tertii/ſed hoc negamus/quia faux nõ eſt ali qđ determinatũ mẽbrũ/ut latius diximus ĩ noſtris ſup Mũdino cõmẽtariis:Et iõ recte iudicare intẽdẽtes:nõ cõfidãt ĩ noĩbus/qa ĩterp̃tãtes de grę co:& de Arabico ĩ latinũ (ſępe ignari) capiunt unũ p̄ alio:& iſto mõ fere oẽs ſciẽtię ſũt ſpurię:ĩterp̃tũ uarietate.

## ¶ De Gula.

POſt Guttur ĩueſtigãda eſt Gula/q̃ locũ gutturi poſterio rẽ ante ſpinã tenet/hęc a faucibus p̄ collũ & pectus:cõti gua Aortę Arterię: & ſpinę ſeptũtrãſuerſum perforãdo ad uẽtriculũ deſcẽdit:hãc gulã aliq latini:ciboꝝ miniſtrã:& diſpẽ ſatricẽ/Arabes Meri/gręci Oeſophagũ:q̃ſi ferẽs comeſta uocãt.

¶ Hoc mẽbrũ:directe uſq; ad quartũ ſphõdylũ pectoris ĩcluſiue deſcẽdit/deinde pauliſp̄ obliquať ad dextrũ cędens locũ Aorte deſcẽdẽti/ne deglutita ĩpediãt Aorte motus:& cũ eſt nõ multũ diſtãs a ſeptotrãſuerſo/parũ ſubleuať/ne chilũ cõprimat uenã: & ut melius firmetur pro ſubſtẽtatiõe prędictorũ neruoꝝ deſcẽ dẽtiũ:deĩde iterũ circa decimũ ſphondilũ: incipit obliquari ad ſi niſtrum:& ſic obliquata ad uentriculum deſcendit

¶ Huius mẽbri ſubſtantia: carnea eſt & pellicularis/longos attra ctioni ſeruientes habens in interiori pãniculo uillos/cuti oris: & labiorũ terminatos:& latos ĩ exteriori/expulſioni ſeruiẽtes/ex pulſionem ad inferius & ẽt ſuperius ſe ꝯtrahẽdo iuuantes.& iſto modo uilli longi & lati iuuãt deglutionẽ:iuuãt etiam uomitũ/& gulę herent duo nerui deſcendentes a cerebro utrinq; unus/a quibus oriuntur reuerſiui.

¶ Et Gulę pãniculus interior:eſt denſior in ſui ſũmo q̃ in imo: et ibidẽ dẽſior/q̃ i uentriculo:et denſior in uẽtriculo q̃ in primo inteſtino/quia materię digeſtę:nõ requirit̃ ęque fortis reſiſtẽtia ĩ tactu:ſicut indigeſtę:et hic pãniculus ĩterior cõtinuat̃ori ;ut atra ctio ciborũ ſit cõtinua/qua mediãte epyglottis aſcẽdit/naturali ter in deglutiõibus/attractus a uillis Meri:ſeu gulę/ꝓpter fortẽ inuicem ipſorum colligantiã : et hinc comprenditur/ꝙ Meri eſt pars uentriculi/continua ipſi:cum gradatione.

¶ Epyglottis etiã aſcẽdit teſte Gal.libro de uoce/et anhelitu:qa in tota interiori parte gutturis eſt pãniculus ipſe in inuoluens:al ligatus uſq; ad oris:et labioꝝ extremũ/in quo ſunt etiã uilli lõgi epyglottim ad ſuperiora trahẽtes.

¶ Et ſunt aliqui dicẽtes epyglottim etiã aſcẽdere uolũtarie/quia cũ uolumus aſcendit:& iſto modo habebit ex motu uolũtario et naturali motũ cõpoſitũ. Aliter tñ ſentit Gal. ĩ libro de motibus liquidis;tenẽs ꝙ tantũ naturaliter aſcendat epyglottis/in cuius aſcenſu/neceſſario muſculi Glotide:trahũt ipſam ad inferiora : et forte nõ uolũtarie mouẽtur tales muſculi/quia epyglottis aſcen dẽdo atracta a uillis prędictis:ſecũ ducit glotidã:ſicut alias char tilagines/in cuius aſcẽſu:neceſſario glotida deprimit̃/quia eſt al/ ligata ſuis propriis muſculis/qui ſunt uniti cũ ſua pte ĩferiori uer/ ſus tracheã:et cũ ſuperiori ipſi glotide:qui nõ aſcẽdũt cũ glotida: et ideo ipſam ad ĩferiora trahũt:et iſto modo etiã nõ uoluntarie ſemper in deglutiõibus:per aſcẽſum epyglottis claudit̃ glotida: modo ꝓdicto/quo fit:ne bibita:et deglutita trãſeant ad guttur: niſi ĩ hora:ĩ qua feſtinat deglutio anteq̃ cõpleat̃ aſcẽſus epyglot tis.et tunc natura cũ tuſſi expellit in cãnam ingreſſa ſi poteſt. In hyſtoria.n.habet̃ ꝙ Fabio ꝑtori/et Anacreõti poetę:cõtigit ſuf focatio:huic uue paſſe azino:Illi pillo in lacte auſto: Claudit̃ tñ glotida uoluntarie a ſuis muſculis:qñ uolumus retinere inſpira/ tionẽ et reſpirationẽ:et iſto modo prędicti muſculi glotide:ipſam claudunt:interdum per ſe:et interdum per accidens.

¶ Figura gulę eſt oblonga:in ſuperiori parte in faucibus dilatata ut tuba/et eſt non cãnulata. Eſt.n.tãq̃ ĩteſtinũ/cuius orificiũ ĩfe/ rius:uẽtriculo eſt cõtinuũ/ubi notabilẽ habet ſenſum ; pp nota biles ramos neruorũ a cerebro ad ipſum terminatos. Sua quãti/

tas patet: Numero eſt unũ mẽbrũ/colligatur ori: & epyglotti firmiſſime/taliter ꝙ cũ difficultate unũ ab alio ſeperatᷣ. Colligatur etiã gutturi ꝑ totũ: Cordi ꝑ arterias/hepati ꝑ uenas/& cerebro ꝑ ꝑdictos neruos. Sua cõplexio tẽdit ad calidũ nõ excellẽter: quia eſt ualde pãnicularis. Sua iuuamẽta ſunt ducere deglutita ad uẽtriculũ: & multa ſupflua reducere ab ipſo ad extra per os. Paſſiones omnium modorum patitur.

¶ Qui cũ dilligẽtia cupit gutturis: & gulę habere iueſtigationẽ. primo uideat ipſorꝫ ſitum/icipiẽdo ab ima parte notãdo Gulã: & aſcẽdẽdo notet cũ gutture ipſius colligãtiã: ea falce uel alio ingenio ab inuicẽ ſeꝑando uſqꝫ prope epyglottim/notãdo muſculos ꝑdictos/aliquibus quoqꝫ uidebit neruos reuerſiuos alligari.

¶ Viſis muſculis ſepet gulã in ſuo ſuꝑmo ab epyglotti: & notet ipſius chartilagines/notãdo ẽt ſitũ oſſis lamde/qđ cum duobus ſuis maioribus additamẽtis amplectitᷣ chartilaginẽ ſcutalẽ: & cũ minoribus ſubſtinet linguã: uideãtur deinde epyglottis tres chartilagines ꝑdictę: & quarta chartilago unita cũ pinguedine & pellicula: glotida dicta: qua mediãte fit epyglottis clauſio/ſcindatur deinde lingua ſuas ꝑdictas ꝑtes notãdo: & hęc ſufficiãt ꝑ Anatomia medii uentris/in quo fui prolixus & nõ in congrue/quia hęc diſcipulis traduntur.

## ¶ De Anatomia Ventris ſuꝑmi.

Uenter ſuꝑmus noiatᷣ caput/quia ibi ſenſus initiũ capiũt: qđ Gręci Cephas dicũt/& caput de ꝑſenti ſumitᷣ pro eo toto qđ collo ſubſtẽtatᷣ: ĩ quo cõtinẽtur mẽbra aiata. ſ. cerebrũ: de parte cuius anteriori facta eſt aliquarꝫ partium (melioris ordinis gratia) inueſtigatio.

¶ Hic uenter ĩ homine inſignis eſt ꝑꝑ ipſius cõtẽtũ/q habet ꝑtes cões: & ꝑprias/Cõmuniũ: alia eſt ante/alia poſt/alia lateralis/alia ſupius/alia ĩferius: Anterior ſinciput: poſterior occiput/laterales tẽpora & auriũ locus dicunᷣ: & ſupior dicitᷣ ĩtercipput/uertex & cacumen. Inferior uero dicitᷣ baſis capitis/& mẽbrorꝫ ſuorꝫ: An caput ſit ꝑꝑ cerebrũ uel oculos alibi diximus.

¶ Partes proprie/alię ſunt cõtinentes/alię cõtentę.

¶ Cõtinẽtes/ſunt oẽs ꝑtes exteriores. ſ. pº pili/q tñ non ſunt numerãdi ĩ ꝑtibus capitis: niſi ĩproprie/qa nõ ſunt mẽbra: ſed nume

rātur tāq̄ ſupfluitas aliquādo utilis.

❡ Secūdo cutis:quę eſt groſſa aliqualiter carnea/ut in ipſa bene firmēt̄ pili:& ut ſit ſcutū partibus ſibi inferioribus.

❡ Sub cute ē diminuta caro uel nulla/excepta frōte & tp̄ribus.

❡ Poſt cutem : & carnem eſt pāniculus circūdans totum os ca/pitis:dictum gręce perictaneum & Arabice almocatim:& ab ali quibus zinzia mater.

❡ Poſt perictaneū ſequitur os capitis/calua : & teſta a latinis di/ctum : & gręce craneū/ſiue cranion/quia durum.

❡ Cōtenta ſunt pāniculus durus:& pāniculus lenis : hic pía ma ter:& ſecūdina.Ille uero dura mater dicit̄ :& ſupra os:i imo capi tis infra pāniculū durū:multitudinis uſus ponit Rete mirabile.

❡ Intra prędictos pāniculos eſt ſubſtātia medullaris cerebri : cū ſuis uētribus/glādulis/uermibus:& neruis a cerebro ortis:pia ta men mater & dura ab aliquibus ponūtur inter ꝯtinētes. Naſus uero:& miringę auriū pariter : & oculi ponūtur etiā inter partes capitis contētas:ſed nō in uentre ſupmo:contentę ſunt tñ in ca pite:& ita in ipſo tota facies eſt etiam contenta.

❡ Capilli igit̄ ſunt primo examinādi / qui generātur gratia ma terię uaporoſę elleuatę a toto ad caput tāq̄ ſupfluitātes propter calorē totius:& inde fiunt pili capitis/capilli dicti/gratia finis fa/cti/quia ſunt ad decorē:ut aliquibus placet:& ut tueatur caput ab extrinſecis multis.

❡ Cutis capitis de ſe patet / hęc caret motu/niſi in frōte:& tēpo ribus/& Ideo priuat̄ muſculis/paucū etiā habet ſenſum.

❡ Excoriādo totā cutem a capite uidebis pāniculū picraneum dictū:undiq; inuoluētē caput factū:ut dura mater ſuſpendat̄ cra neo per comiſſuras:& per multos alios poros cranei: hic pānicu lus eſt etiā ibidē/ne craneū obuiet cuti: & carni capitis ſine me/dio:& ut craneū ipſo mediāte ſentiat:& ut huic pāniculo īhereāt uenę:& arterię per exterius caput cibātes:& quę per cōmiſſuras: & alios poros intrant:& exeuntes.

❡ Poſt iſtū pāniculū eſt os craneū dictū quod p totū a picraneo detege:formā ipſius cōſiderādo/q̄ debet eſſe rotūda ut ſit maio ris capacitatis & minus apta ledi:& eſt leuiter a lateribus cōpſſa faciens prora ante/& pupim poſt ut ſui uētre ſint lūgi melius ſer

uientes opationibus intelectus:& q̄libet forma;deuians ab iſta ē praua:& quāto plus diſtat ab iſta eſt deterior. Hoc os nō eſt unū continuū/nec durū:denſum:ut ſunt multa alia/ſed rarū ſiringo ſum ſeu ſpongioſum:nō multū groſſum:& comiſſuris/ſeu iūctu ris aliquibus cōpoſitum.

¶ Suę tñ iuncture nō ſunt nodatiles: ſed ſeratiles dētales/& ſqua moſe quia nō mouētur:& craneū eſt tale ut iuncture ſuę ſint fir/miores:& ut ſi uni parti cōtingat leſio:alię illeſę maneant:& etiā ut uirtus medicine capiti pro cerebro leſo applicande: melius ſuū imprimāt effectū:& ut uapores eleuati a toto:& a cerebro fa cilius exeant:& reſoluātur: & ideo ipſius ſuprema pars eſt rarior quacūq; alia parte/nec ibidē eſt ualde durū/quia cacumini non accidit lęſio/ſicut aliis partibus/callidiſſimus tñ Mars oīa lędit: eſt etiā tale/ne grauaret corpus:eſt tamen in fronte groſſius: qa mollius ibidē tamen duas habet tabulas: intra quas eſt uacuitas notabilis ne grauet corpus:& ut inter illas ſit Aer implātatus ſu ſcipiēs odores:& hęc pars ē mollior aliis:qa ſuū ꝯtētū ē mollius.

¶ Os uero poſterius eſt durius:quia ꝯtentū poſterius eſt durius: ē etiā durius os poſterius quia oculi ſuo uiſu nō poſſunt tueri ipm: eſt tñ groſſius & durius in lateribus:ut ſit ſonoꝝ/quia ibidē intra ipſius ſubſtantiā debuit locari organum auditus.

¶ Pars etiam huius oſſis in occipitio collū uerſus/eſt dēſa/groſſa: compacta/& dura:& etiam lateraliter poſt aures/quia ibidē alli/gātur ceruicis cordę ualidę/quę magnos: & fere ꝯtinuos habent motus:& poſt aures ſunt certę eminentię acutę:clauales & acula res dicte:durę ualde/quibus alligātur muſculi multi mēbra oris: & faciei:ac colli mouētes/q̄ ſi molles eēnt p̄dictis motibus nō reſi ſterēt.

¶ Et circa tēpora hoc os eſt etiam duꝝ/quia ibi ſunt mu ſculi magni mouētes mādibulas:& ideo omnia hęc oſſa lateralia uerſus poſterius ſunt dura:ut petra:& petroſa dicūtur.

¶ Pars etiā inferior huius cranei dicta os baſilare: eſt dura/maxi me in directo palati/ubi ſunt nerui optici:in crucis formā ſituati: per quod ibidem perforatū ut cribrū deſcendit ſuperfluitas humi da aquoſa cerebri: & hic locus cōmunitur dicit collatoriū.

¶ Hoc os baſilare ī ſui ſupremo nō eſt planū ſed inequale/quod poteſt optime uideri ī cimiteriis/ſicut & alię cranei partes:& etiā

omnia totius corporis oſſa/ad quę uidenda non accedat qui non eſt legitimus medicus.

¶ Numerũ oſſiũ totius capitis & noĩa comiſſurarũ ſuarũ optime dixi in cõmẽtariis ſup Mũdino. Ideo a multis narrãdis breuitatis cã ſupſedeo/maxime quia de ipſis ſcribẽtes nõ coincidũt.

¶ Pars huius oſſis primo occurẽs eſt illa in qua ſunt loca oculorꝫ frons dicta/quę terminatur in prima iunctura ſeratili occurẽte: quę dicit̃ coronalis/ſic dicta/quia ut aliquibus placet ibidẽ coronant̃ Reges/uel forte/quia hęc cõmiſſura gerit formã quaſi arcualem/ſeu circularẽ & coronalem/aſumitate capitis deſcẽdẽdo utrinq; uſq; ad angulos locorũ oculorꝫ qui ſunt uerſus aures.

¶ In oppoſito huius oſſis eſt unũ aliud os/terminatũ in iunctura ſeratili poſita in capitis poſtrema parte/q̃ uocatur comiſſura lamdę/quia aſſumilat̃ illi litterę gręce quę lamda uocat̃/hęc comiſſura habet etiam formam arcus.

¶ Inter has iuncturas eſt una alia comiſſura etiã ſeratilis in ſumitate capitis poſita/ab ante retro porecta: & hęc uocat̃ ſagitalis: quia recta incedit ab unaquaq; p̃dictarꝫ arcualiũ iuncturarũ ad aliam/ſicut ſtat ſagitta ad arcum.

¶ Ad latera huius oſſis ſupra duo oſſa paris in pietibus tẽporꝫ ſunt duę iuncturę ſquamoſę(utrinq; una)quarꝫ oſſa iferiora ſup equitant oſſa ſuperiora.

¶ Primę tres iuncturę/uocant̃ uere/per directũ intra penetrantes: & iſtę ultimę obliq; penetrãtes uocant̃ mẽdoſę.

¶ Inter iſtas comiſſuras laterales aſcendendo uerſus ſagittalem eſt etiã utrinq; una alia iunctura ſquamoſa/q̃ nõ uidet̃ niſi raro in capitibus a tempore maceratis/uel in ultimate decoctis: inter quas & ſagittalem/ſunt duo oſſa (utrinq; unũ) rariora cęteris oſſibus capitis/quę Gal. uocat oſſa bregmatis: & Auic. prima primi uocat craneũ/locus ille ubi copulat̃ iunctura coronalis cũ ſagittali uocat̃ ab aliquibus bregma/& zuendech: & capitis fontanella/in qua os ultimate pueris cõcreſcit: & ibidem ponũtur cauteria & cerata & alia localia. pro catatis & multis aliis morbis: in aliis capitis partibus ſunt etiã multę alię iuncture/de quibus nõ fit ſermo/quia de ipſis Medici nõ curãt tantũ ſicut de prędictis.

¶ Ex prędictis patuit capitis ſitus: ſubſtantia & figura. Sua quãti

tas patet. Sua iuuamēta & colligantia:ſunt pro parte dicta & dicenť. Numero eſt unū. Numerus partiū dictus eſt: & etiam commiſſurarū cranei:quarū tres ſunt ſcratiles directe intra penetrantes:aliȩ ſunt ſquamoſȩ obliq; penetrātes. Sua cōplexio eſt cōplexio partiū componētium ipſum. Paſſiones omniū modorū patitur/quȩ ſi ſint in uellaminibus & in ipſo cerebro:mala iudicanť: plus & minus ſecundum locum & morbi qualitatem.

¶ De Dura Matre.

Iſis prȩdictis ut cōmodius uideanť intra craneū cōtenta:diuide caput a collo circa tertiū ſphondylum:deinde ſeca craneū ſupra aures paꝝ (circū quaq; uſq; ad intrinſecā circūferentiā ipſius taliter ne lȩdas duram matrem) ſemper ſeruando ſitum prȩdictum.

¶ Hoc facto elleua os totū ſuperius ſecatū a ſuo inferiori/cum aliquo elleuatorio apto & forti:quia undiq; alligať firmiſſime dure matri:tam in comiſſuris q̄ in multis aliis ipſius poris.

¶ Elleuato craneo uidebis durā matrē etiā miringā dictā/quȩ eſt pāniculus ſatis groſſus nerueus & ualidus:eſt tamen poroſus: ut a cerebro exeāt uapores. Sua figura ē plana/extēſa i circularē formā/cōphēdēs totā ītra ſe cū pia matre cerebri medullā.

¶ Dura mater eſt a prora ad pupim:per longū duplicata: & in directo ſagitalis comiſſurȩ penetrat per quātitatē duaꝝ unciarū intra ſubſtantiā cerebri/dextrā partem a ſiniſtra diuidens: duplicať etiā poſterius per latum/diuidendo cerebrū poſterius ab anteriori:hȩc ſecūda duplicatio nō eſt inuicem alligata: ut alia prima/quia prima per ligamēta aliqua & per uenulas:eſt inuicē cōiuncta:taliter ꝙ in ipſa eſt uacuitas apta tenere intra ſe aliquid:& in iſta uacuitate ab ante uſq; retro:ſunt multȩ uenȩ a guidez ꝑdictis aſcenſȩ/quȩ ibidē a duplicatiōe prȩdicta cōprimunť: & cōpreſſȩ exprimūt ſanguinē admultos ipſarū ramulos:qui ſunt cōtinui ramis piȩ matris nutrientibus cerebrum.

¶ Verſus occiput in iſta duplicatione eſt certa uacuitas:uocata lacuna:& platea:& fouea: & palmentum/in quam/pars huius ſanguinis exprimiť:& fere ſemper ibidē eſt ſanguis aliquis/ propter quem Erophilus. Iſtā lacunā uocauit tertiam uenā:quia hȩc uacuitas eſt oblonga ut uena:& alibi q̄ in uenis/arteriis/corde:& i

iſta lacuna nõ reperit̃ ſanguis ſub forma ſanguinis: & iſtam dupli cationem Auic. uocat Torcular.

¶ Sua quãtitas/ſitus/colligãtia: & complexio patent. Numero eſt unus pãniculus/ſua iuuamẽta/ultra prędicta/ſunt ueſtire ce/rebrũ cũ pia matre/ſecũdũ longum/latum: & profundũ/ſolum circuendo: & in ipſum ut ſupra patuit penetrando. Iuuat etiã mediando inter os durũ & piã matrẽ ſatis mollem. Iuuat etiã in ſub/ſtentãdo uenas/cerebrũ & mẽbra ſibi uicina nutrientes. Paſſio/nes omniũ modorũ patitur/ſua ſolutio notabilis eſt praua.

¶ De Pia matre.

ſ Vb iſta ẽ alia mẽbrana tenuis ſubtiliſſimis arteriis & ue/nis per totum iretita: imediate cerebro alligata/dicta pia mater & ſecũdina/quia nutrit cerebrũ ſicut ſecũdina fœtum: & iudicio meo: in iſtis minimis arteriarum ramis in pia matre undiq; diſperſis/ſubtiliatur & prępara t ſanguis ſeu ſpiritus uita/lis/ut in cerebri ſubſtãtia & in uentribus effitiatur animalis: ut in cõmentariis ſuper Mundino diximus.

¶ Hęc mẽbrana: neruea & tenuis eſt/& alligat̃ durę matri in ſu/mitate ipſius a prora uſq; ad pupim per multas uenulas/& cum aliquibus uenulis circa latera capitis: & eſt alligata per totum ſub ſtantie cerebri/quod nutrit: & ſecundũ ueritatem duo uermes in tra cerebri uentres locati: trahunt ortum a uenis & arteriis iſtis/a quibus defertur ſpiritus ad intra uentres: & etiã ſanguis partes ce rebri intrinſecas nutriens. In parietibus etiam uentriũ eſt aliqua portio pię matris/portãs ſanguinẽ & ſpiritũ/ſanguinẽ ad partes ſibi uicinas nutriendas: ſpiritũ uero pro animę operationibus ſi/cut faciunt uermes antedicti.

¶ Ex pdictis ſua ſubſtãtia/figura/numerus/colligãtia & ſitus pa tent: patet & quãtitas/quę nõ ſolum cerebrũ extra: ſed etiã intra uentres: & in multis ſuis plicaturis ſeu anfractibus notabiliter in/greditur: licet aliqui dicant in poſtremo uentre nõ eſſe piam ma trem propter ipſius ſubſtãtię duritiem: nutritur tamẽ hęc pars: & ideo habet uenas: paruas tamen. Sua complexio inata eſt frigida & ſicca/iuuamẽta patent. Paſſiones omnium modorum patitur. quę ſunt deteriores q̃ in dura matre.

## ¶ De Medulla Cerebri.

p Oſt piam matrem occurrit Cerebri ſubſtantia: medulla impropriе dicta/quia non nutrit nec humectat oſſa ſibi uicina: ſicut aliorum oſſium medullę/ſed oſſa capitis nu/triũtur ut ipſam conſeruent.

¶ Sua ſubſtãtia eſt cõſpicabilis/mollior ante & ſuperius/q̃ poſt & inferius/quãtitate excedit cerebri aliorꝫ aĩaliũ quãtitatẽ: tũ ꝑꝑ ſpirituũ aĩaliũ multitudinẽ/tũ ut ſua cõplexione frigida & humi/da cõtemperet ipſos/qui a corde calidiſſimi ueniunt.

¶ Suus ſitus patet/& etiã figura/q̃ eſt talis ſupra: & per totum: qualis eſt forma cranei: habet tamẽ multas plicaturas manifeſtas in primo aſpectu: & etiã multas abſconditas/quę uident̃ in ipſius ſectiõe/intra quas ꝑ totũ ingredit̃ pia mater ipſi anexa. Sua colli gantia apparet/& apparebit ex ſuorꝫ neruorũ cognitione.

¶ Numero eſt unũ mẽbrũ. Duas tamen habet partes/quę non ſunt totaliter ab inuicem ſepatę: ſed notabiliter unitę.

¶ Vna pars notabiliter in magnitudine aliam excedẽs: eſt ab añ uſqꝫ retro/replens totam ꝯcauitatẽ cranei: ante & in medio a ſum mo uſqꝫ ad imũ: & retro replet tantũ partẽ ſuꝑmã cranei: etiã ĩ di recto maioris ꝑtis oſſis lamdę: & hęc ꝑs uocat̃ cerebrũ anterius.

¶ Alia pars longe minor prima/cerebellũ ab Ariſt. dicta: & pri/ma ſolidior: replet capitis poſteriorem & ĩferiorem partem: & hęc ſitum ſuum habet in poſtremo capitis ſub parte prima antedicta: in hac tamen parte cerebri poſteriore cerebellum dicta/non eſt aliqua concauitas ſeu uentriculus: ut notant multi: eſt bene tecta circũquaqꝫ a dura & pia matre/& ſenſus hęc omnia mõſtrat. Pri ma pars ante dicta: diuiſa ẽ notabiliter a dura & pia matre: ĩ duas ꝑtes ſecũdum capitis longũ/in dextrã. ſ. & ſiniſtrã partem: ut ſua ſubſtãtia & ſui uentres ſint diſtincti & duplicati.

¶ Primo igit̃ in altero laterũ talis duplicationis/cũ raſorio dili/genter moue (lateraliter ſecũdum ſuꝑius & inferius) piã matrẽ ſimul cum notabili quãtitate cerebri/deſcẽdendo ꝑ tres digitos plus & minus ſecundum qꝫ inuenies ipſius uentriculos.

¶ In quolibet. n. latere talis duplicationis reperies una notabilẽ uacuitatem: uentriculus dicta/q̃ eſt per longum porecta aliquali ter obliquata/uerſus poſterius lateraliter deſcendens.

¶ Viſo uno latere:uide & aliud:in quo uidebis idē per idem:ſicut
in antedicto:& hi uētres ſunt diuiſi a ſubſtātia cerebri:ut ſi cōtin
gat uni parti nocumētū ne cōtingat alteri:& operationes unius
partis taliū uentriū:ſunt ſimiles alteri ſibi pari.

¶ In iſto uentriculo utrinq; circa baſim eſt una ſubſtātia:pellicula
ris/rubea/uermis dicta/ex uenis & arteriis compoſita/q̄ ab uno
extremo ad aliud cuiuſlibet uētriculi tendit/q̄ motū habet/ſecū
dum aliquos:apiens & claudēs uentriculos uoluntarie.

¶ Infra tales uermes ad ipſoꝝ latera/eſt certa pars cerebri emi/
nens/quā multi aſſimilant natibus humanis in figura/q̄ in elon/
gatiōe:pariter & clauſiōe uētriū:ſe cōtangit/in abreuiatione ue
ro & dilatatiōe ipſoꝝ:ab inuicem ſeparatur.

¶ In iſtis uentriculis antedictis/cōmuniter in parte ipſoꝝ ante/
riori ponitur fantaſia/ſenſus cōmunis:& imaginatiua.

¶ Viſis prędictis moue notabilē cerebri medullę ptem:ut dilligē
tius uideanť alię cerebri uacuitates:notādo in baſi anteriori prę
dictarū duaꝝ uacuitatū unū foramen/quod eſt cōe prędictis ua
cuitatibus/p quod ſpiritus & etiā aliquę humiditates in ipſis con
tente/deſcendēdo exeunt ad certā uacuitatem tendentem uer/
ſus os baſilare circa locū ubi eſt certa caro glandoſa ſub incrutia
tione neruorum obticorum.

¶ Hęc uacuitas uocať a Mundino lacuna/ab Auic. caput roſe:
& ab aliis Embotū/quia eſt lata ſuperius/ſtricta inferius/undiq;
circūdata a pāniculo tenui uſq; ad os baſilare:& p iſtud Embotū
(ad prędictū os ibidē ut cribrū ſubtiliſſimis porris perforatum)
euacuātur ut plurrimū humiditates ſupflue cerebri/quę poſtea
in anfractibus multis oſſis baſilaris ſupra os palati locatis/in
groſſantur ab aere per nares atracto: & a calore naturali: & de/
mū extra mittūtur per nares & os:mediātibus faucibus:in ea for
ma quę oībus nota eſt/propter diuerſas cauſas:diuerſam habēs
ſubſtantiā/collorē/quātitatē & figurā/ex prędictis patent cere/
bri iuuamenta/quę tamen alia ſunt ab Ariſto.& alia Gal.& a ſe/
quacibus/quos uide. Paſſiones omniū modorū patitur:ſua ſolu/
tio eſt lętalis/non ſemper ſed ut plurrimum.

¶ Iuxta iſtud Emborū uerſus poſterius: etiā ſub uentre ſeu uen/
tribus ādictis/ē certa uacuitas oblōga aliqualiter/cuius pietes

ſunt ſicut nates antedictę/quę claudunt & aperiunt talem uacui tatem quãdo opus eſt/uel a motu prędictorũ uermiũ:qui ĩmedia te ſunt ſupra ipſas/uel alio motu a ſpiritibus facto.

¶ Et iſtã uacuitatẽ cõmuniter Authores ponunt pro uentriculo medio/in quo dicunt eſſe uirtutem cogitatiuam.

¶ In poſteriori pte huius medii uentriculi: eſt foramen paruum: quod tendit ad unã aliã uacuitatẽ/q̃ deſcẽdendo eſt uerſus locũ ubi eſt principiũ nuche:& hęc uacuitas nõ eſt in cerebello antedi cto ut putãt multi: nec eſt circũdata undiq; a ſubſtãtia medulari cerebri/ſed eſt inter poſterius & anterius cerebrũ ſita/circũdata notabiliter uerſus cerebellũ a pia matre/ipſum tegente.

¶ Et inter iſtã ultimã uacuitatẽ & uentriculũ mediũ antedictum: eſt certa caro glãdoſa conariũ dicta:quia eſt in forma coni ſiue pi ni:hęc glãdula ibidẽ ſubſtẽtat multas uenas pię matris/aſcenden tes uerſus cerebri centrũ/ut ipſum nutriant/& hęc glãdula tran/ ſcolat multas humiditates ad mediũ uentriculũ antedictũ/a quo ad embotũ p̃dictũ:& inde/ut ſupra patuit expurgãtur.

¶ In iſta uacuitate ultimo loco dicta/q̃ eſt poſt mediũ uentricu/ lũ/dicta uẽtriculus poſterior/Authores cõmuniter ponũt uirtu/ tem memoratiuã. Ego autem aliter ſentio.

¶ Et dico primo uirtutẽ ap̃henſiuã/cogitatiuã/& memoratiuã: eſſe in primis duabus cõcauitatibus pro anteriori uẽtriculo poſi tis/tã in parte dextra q̃ in ſiniſtra/& ap̃henſiua ſeu ſenſus cõis ẽ in parte ipſius anteriori:& cogitatiua in medio/in poſteriori uero eiuſdem eſt memoratiua.

¶ Et dico uentriculũ antedictũ/quem authores ponunt pro me/ dio uentriculo/nõ eſſe pro cogitatiua/ſed eſt uia pro expurgatio ne ſupfluitatũ multaꝝ cerebri/& pro defferẽdis ſpiritibus ad ter tiũ antedictũ uentriculũ/qui ſpiritus nõ ſeruiũt uirtuti memora tiuę/ſed uirtuti motiuę & ſenſitiuę/qui ueniũt a primo uentricu/ lo antedicto/ſenſui cõmuni ſeruiẽtes: & hinc cõp̃hendit̃ q; nuca uirtualiter habet ortũ a pte anteriori cerebri:uidet̃ etiã nuca ſub ſtãtialiter oriri a parte anteriori cerebri/tũ ex ipſius colore: tũ ẽt ex ꝯtinuatiõe:q̃ tñ ẽ ẽt ꝯtinua cerebello poſterius locato/maiorẽ directionẽ tñ & ẽt colligantiã hẽt cũ cerebro/q̃ cũ cerebello p̃di/ cto. Hęc tñ melius & uberius diximus ĩ cõmẽtariis ſup Mũdino.

## ℂ De Neruis a Cerebro ortis.

P Oſt p̄dicta ſunt uidēdi nerui a cerebro orti:q̄ ſunt cōiter ſeptē paria/de quolibet pari:eſt utrinq̧ unus/ſimilis ſuo ſotio. Neruus.n.grece neurō ſeu neuris dictus: ē mēbrū cōſimile/albū/ſubſtātia uiſcoſum/figura oblūgū & rotūdū/ad ſeparādū tenax & durū:ſenſus & motus organū:& puri ſenſitiui ſunt molliores & frigidiores motiuis.

ℂ Elleua igitur leuiter cerebrū a parte anteriori incipiendo: & inuenies in directo ſupioris partis naſi/duas ſubſtātias albas oblōgas (utrinq̧ unā) herētes pię matri/quarū capita ſunt aliquātulū groſſa/q̄ a multis uocantur carūculę mamilares:& ſunt inſtrumēta ſenſus odoratus/quas Gal.nō uocat neruos/quia ſunt molles/in directo ipſaꝝ:pāniculi cerebri & os frōtis ſunt perforati ut cribrū:tū pp odores/tū pp ſupfluitates cerebri expurgādas ī neceſſitatibus/quia ut plurimū expurgātur p collatoriū:qđ eſt indirecto emboti antedicti: & ibi ante:i craneo ē certa uacuitas notabilis:aere ut plurimū repleta in quo aere:ab iſtis carūculis:primo percipitur ſenſus odoris.

ℂ Poſt carūculas prędictas:uidebis duos magnos neruos:qui ſeruiunt oculis pro uiſu:& hi uidentur incrutiari : de hoc tamen adhuc ſub iudice lis eſt.

ℂ Poſt iſtos eſt unum par neruorū/quod ponitur pro ſecundo pari:& hi dant motum oculis.

ℂ Poſt iſtos eſt tertiū par:qđ pauliſper unit̄ quarto/a quo poſtea ſepatur : & deſcendendo ſpargitur per faciem:et intra & infra os baſilare:unitur cum ſexto pari nunc dicēdo:& ſimul faciunt neruos prędictos:deſcendentes ad membra uentris medii & inferioris:& ab iſtis oriuntur reuerſiui.

ℂ Poſtea ſunt nerui quarti paris:deſcendentes ad palatū pro ſenſu guſtus: et hi ſunt ſubtiles:aliq̄ tn̄:capiūt tertiū par ꝓ quarto:et ↄ̄tra/ſicut dixim⁹ i cōmētariis:et ibi diximus cām talis erroris.

ℂ Eſt deinde quintum par quod utrinq̧ diſeminatur intra os baſilare in directo aurium:et ſeruit ſenſui auditus.

ℂ Poſtea eſt ſextum par:quod miſcetur tertio ut prędictum eſt. poſtea ē ſeptimū par:qđ qa obliquū ē:dat motū linguę:et ēt aliq̄bus muſculis epyglotti ſeruiētib⁹:dat ēt ſenſū guſtus ipi linguę.

¶ Horũ neruorũ ſubſtãtia eſt oĩbus nota/ſunt tñ poſteriores anterioribus duriores: quia pars cerebri poſterior eſt durior anteriore/pp ſenſus iteriores. Sua figura/quãtitas/ſitus/numerus: et colligãtia patent/ĩ cõplexione nõ ſunt multũ ſicci: et ideo nõ habẽt fortes motus: et ſunt frigidi natura. Iuuamẽta ſua etiam patent. Paſſiones omniũ modorũ patiũtur/quę oẽs ſunt prauę: propter colligantiam et ſuas operationes.

## ¶ De Rete Mirabili ſecũdũ cõem opinionẽ: et aliquid de Nuca.

Iſis p̃dictis/depone totũ cerebrũ cũ illa portiõe Nuchę: q̃ eſt inter ſphõdylos: quos ſecaſti: et cum capite ſeruaſti: prius ipſius notãdo ſitũ/ſubſtãtiã: numerꝫ/et figurã/ſua colligãtia cũ cerebro eſt dicta ſupius. Quãtitas ipſius et alia ipſi reqſita: melius notabũtur ex dicẽdis: ĩ cuius initio iuxta cerebrũ: eſt certa uacuitas cõtinua uacuitati cõiter poſitę pro uentriculo memoratiue uirtutis/p quã trãſeũt ad ſuos neruos ſpiritus/a cerebro miſſi: pro ſenſu: et motu. Et Nuca (ſicut et cerebrũ) uellatᷣ a dura: et a pia matre/ut ſenſus demõſtrat.

¶ Iſtis notatis ſup ẽ ſola dura mater/qa remouendo cerebrũ remouetᷣ et pia mater/pp ipſoꝝ ĩuicẽ/firmã: et cõtinuã colligãtiã.

¶ Inter durã matrẽ et os baſilare: in regione ĩ cruciationis neruorũ opticorũ: ubi eſt collatoriũ antedictũ/aſcẽdunt p os baſilare duę notabiles arterię: una ẽ a dextris/alia a ſiniſtris: ut ſupra patuit in cap. de Aorta aſcẽdẽte/a quibus ut dicũt cõmuniter Authores ſupra os immediate ſub dura matre/efficiũtur multi ſubtiliſſimi rami: inuicẽ mirabiliter unus ſupra aliũ uniti/ad iſtar retis: occupantes ante/retro et a lateribus magnũ locum. Deinde ex iſtis multis ramis iterũ enaſcũtur duę arterię ſimiles primis/a quibus efficiũtur prędicti parui rami: et hę duę uenę poſtea iterum ſacrę magnę ſupra craneũ aſcẽdunt ramificate uſq; ad uentres cerebri: ipſis portando ſpiritus ſubtiliatos in iſto Rete mirabili.

¶ Et iuxta iſtud Rete aliqui dicunt eſſe duas glãdulas ipſum ſubſtẽtãtes: et dicũt iuuamẽta iſtius Retis eẽ: ut ibidẽ cauſetᷣ ſpiritus uitalis ſubtiliatio: ut melius ad minima diuiſus alteretᷣ: et efficiatᷣ aĩalis: et forte ut ex uaporibꝰ a cibo eleuatis: et a cerebro ꝯdẽſatis ĩferius cadẽtibꝰ: ſui minimi rami facilius opiletᷣ: et ſomnũ cauſent.

¶ Iſtud tñ Rete ego nũq̃ uidi:& credo naturã nõ opari per plura: id quod põt per pauca/ſed natura põt ſubtiliare hos ſpiritus ĩ mi nimis ramis arteriarꝫ deſcẽdentiũ ſupra durã matrem:hęrẽtẽ oſſi baſilari:& per piã matrẽ uſq; ad cerebri centrũ aſcendẽtes / ergo nõ datur ibidẽ inter durã matrẽ & os baſilare hoc Rete/multas alias ratiões ſuper hoc dixi in cõmẽtariis ſuper Mũdino/ad quos brauitatis cauſa remitto legentes:& inter alias rationes experien tia ſenſualis eſt mihi Auriga.

¶ De Naſo.

u Iſis prędictis occurreret ſermode oſſe baſilari/ ſed quia ipſius anatomia/maxime de ſuarũ partiũ numero:ab au thoribus poniť diuerſa/& etiã quia hoc os melius ſpecu lať ĩ cimiteriis/q̃ in cõi ſectiõe.Ideo de ipſo ſermonẽ pſtringo:re/ mittẽdo huius artis cupidos ad cõmẽtaria noſtra: & ad cimiteria.

¶ Dicamus ergo aliquid de naſo / q de pſenti capiť pro parte illa pcipua eminẽti/q̃ a ſupciliorꝫ cẽtro:ęquali porrecta iugo / utrãq; aciem diſcernit : & munit:huius mẽbri partes inferiores laterales: Gal.uocat alaria/aliter alulę dicũtur/ſua pars ſupior diciť lepor: & ſumũ naſi/iferior imũ naſi/pars media exterior:eſt dicta colũ/ na:& ipſius interna pars diuidens dextrã partẽ a ſiniſtra:uocatur ſeptũ porrectũ: & interfiniũ naſi:& aliqui uocãt naſi inferiora fo/ ramina nares/ſed de pſenti a nobis/cauernoſitates ſupra palatũ ĩ oſſe baſilari locatę/nares uocãtur: in qbus ſupfluitas cerebri hu/ mida trãſcolata ingroſſať/de qua aliquid diximus ſupra.

¶ Naſi ſubſtãtia eſt ex cuti/muſculis/chartilaginibus: & oſſibus: & pãniculo tegente oſſa ſua. Sua cutis eſt taliter muſculis eius unita/q; ſepari nequit/niſi difficulter.Sua pars anterior:& ĩferior eſt chartilaginea:ſuperior uero oſſoſa.Sui muſculi ſunt duo:par/ ui:duri tamẽ/unus eſt a dextris/alter a ſiniſtris uerſus ĩferius ma/ gis/quia ambo oriũtur a pomis mandibularum:& mouent Alas naſi:ad quam partem uult homo.

¶ Poſt muſculos ſunt tres chartilagines/una in medio: & duę la terales: quę ſunt molliores media/q̃ dura eſt ſatis/ut teneat na/ ſum (quẽ diuidit intra per mediũ) rectũ:& firmum.

¶ Oſſa naſi ſunt duo triãgulata:fronti ↄtigua/uerſus angulos la/ crimarꝫ pforata:foraminibus paruis:a quibus humiditates ĩ ocu/

lis:& ab oculis in naſum:& a naſo in ore penetrare poſſunt: & pp hoc guſtatur ſapor medicinarũ poſitaꝝ in oculis a lingua.

¶ Et os frontis indirecto naſi eſt perforatũ ut cribrũ : ut ſeruiat pro odore:& ut p ipſa foramina exeãt humiditates ſupfluę a ce rebro:tráſeũdo prius pforamina/q̃ ſunt in ſuis pãniculis circa ca/ rũcularum mamillarium loca.

¶ Ex prędictis uiſa eſt naſi ſubſtãtia:Numero eſt unũ mẽbrum: diuiſum tñ in duas partes ad interius:ut ſi una pars ledať/altera firma ſit:ſua figura/quãtitas/ſitus & colligãtia patẽt. Sua cõple xio poniť frigida/& ſicca. Sua iuuamta ſũt ad decorẽ & ad ducẽ dũ & reducẽdũ aerẽ ad pulmonẽ : ducũt ẽt materiã p colatoriũ ad cauernas ãndictas miſſã extra ſe/q̃ cauernę dicũť de pñti na/ (res.

¶ Paſſiones omniũ modoꝝ patiũtur:& ſua ſolutio facili/ ter cõſolidať/in ſui inferiori extremo interdũ applicãtur ſangui ſuge:ad ſaffati et ad id genus/Sua propria paſſio eſt leſio uirtutis olfatiue:q̃ ipſi poteſt cõtingere principaliter propter opilationẽ factã in foraminibus exiſtẽtibus in oſſe baſilaria ĩ directo carũcu larium mamillarium prędictarum.

## ¶ De Palpebris.

PAlpebrę a palpitando gene etiã dicte/ſunt pellicul ę ocu los tegentes oĩbus notę.Sua ſubſtãtia eſt ex chartilagi/ ne & mẽbrana/cũ minima : & forte ut aliquibus placet: cũ nulla parte carnea:exceptis muſculis:& eſt chartilaginea: ut ĩ ipſa pili figãtur:qui ſtãt recti:duri:ut melius tueãtur oculos:hi di/ cũtur cilia:a celandis oculis:eſt etiã chartilaginea/quia melius re ſiſtit extrinſecis:& ut ſtet erecta qñ apiť/quia ſi eſſet pellicularis: deprimereť faciliter:& cute tegitur propter tutelã:& decorem.

¶ In ſuperioribus palpebris ſub cute ſua:ẽ pãniculus a picraneo ortus qui intra flectiť ſuam inuolués chartilaginẽ extra & intra uſq; ad tunicã corneã:cõiunctiua mediãte tegente muſculos ocu li:& in ĩferioribus ſimili modo tendit pãniculus ortus a pãniculo pomoꝝ faciei oſſa tegente:& iſto modo uideť quod cõiunctiua tunica oriať etiã a pãniculo tegẽte oſſa ĩferiora faciei.

¶ Circa iſtã chartilaginẽ quã Gal.uocat Tarſum:eſt aliqua pin guedo humectãs ipſas neceſſitatis cauſa:ne exſiccẽtur/pp motũ ſuũ fere ꝯtinuũ:Supiores ſolę mouenť/Inferiores uero minime.

¶ Et utrinq; ſuus motus eſt ex tribus muſculis teſte Auic. quorũ unus apit:qui eſt in medio:duo uero alii ſunt in angulis:qui clau dũt:Gal.tñ.x.de util.cap.viiii.nõ uidet ponere niſi duos muſcu los:quorũ unus dicit eſſe in angulo uerſus aurẽ/quẽ dicit apire:ſi ſolus moueat/& alius in angulo naſi/quẽ dicit claudere/ſi etiã ſolus moueat:& ſi ambo equaliter mouent/nõ magis palpebra claudit/q̃ apiat:& hęc ſemi clauſio uocat ab Hyp. curua palpe bra/q̃ infert in morbis malũ inditiũ:& etiã Gal.ibidẽ.c.x.dicit ꝙ nũq̃ cognouit muſculũ p̄dictũ ad angulũ naſi locatum/qa uidit ibidẽ magna applicari cauteria pp fiſtulas:& tamen adhuc remã ſit motus in palpebris/qui nõ remãſiſſet:ſi eſſet ibi muſculus.

¶ Et aſſerit.xi.de util.c.xiiii.ꝙ cutis muſculoſa frõtis:& pomorũ faciei ſuo motu ſufficit ad clauſionẽ & aptionẽ palpebrarũ:& ali qui addũt cũ iuuamẽto muſculorũ.Ariſto.tñ ſecũdo de partibus aĩaliũ.c.xiii.dicit palpebras moueri nõ uolũtarie:ſed naturę iſtin ctu:mihi tñ uidet:ꝙ habeãt motũ propriũ & cõem:cõis ẽ a mo tu frontis & pomorũ faciei:proprius uero eſt a ſuis ꝓpriis muſcu lis/qui habẽt ſuos neruos ãnexos palpebris:& muſculo mouẽte frontẽ:& muſculis tẽporalibus.& pomorũ faciei/utrũ aũt iſti ner ui ueniant a nuca/an a cerebro ſenſu nõ pcipit.Inquit tñ Auic. quod in ſola palpebra ſupiore ſunt muſculi/quia ſunt propinqo res ſuo pricipio.ſ.cerebro/qui ſunt parui:& aliqui dicũt ipſos eſſe ſine cordis/de ſitu quorũ aliqui inter ſe ſunt diſcordes.

¶ Et palpebre iferiores teſte Auic.nõ mouentur:quia motus ſu periorũ ſufficit ad pfectã clauſionẽ & apertionẽ ipãrũ ad inuicẽ: & iferiores ſunt minores ſupioribus:& oculis magis cõiuncte/ne pp magnitudinẽ & ſepationẽ ipſarũ ab oculis:aggregarent in ſe lippitudinẽ:& lachrimas:& alia extranea/ teſte Gal.x.de util.

¶ In ſubſtãtia palpebrarũ ĩ quolibet angulo/ſeu canto uerſus na ſum:ſunt duo foramina parua ſenſibus manifeſta:unũ in ſupiore palpebra/aliud in inferiore:p qua exeũt lacrime:& in iſto angulo ſunt carnes ſpõgioſe:q̃ ĩtra ſe tenẽt talẽ humiditatẽ lachrimarũ: ut humectẽt mẽbra ſibi uicina:ne exſiccẽt:& tales humiditates ĩterdũ ueniũt a naſo:& etiã a cerebro p uenas ſuorũ pãniculorũ.

¶ Situs palpebrarũ/numerus/quãtitas/figura/& colligantia pa tent/ſubſtãtia eſt tacta.Sua cõplexio ponit frigida:& ſicca:iuua/

menta ſua ſunt tueri oculos aminutis & lenibus. Oſſa uero adia/centia tuētur ipſos a magnis & duris: & iuuāt in ſomno fiēdo: ſui pili. Iuuāt etiā oculos ne in palpebris apertis puluis: & alia minuta ipſos lędant: & ſua nigredine corroborāt uiſum: & nō ſunt ualde ſpiſſi/ne obumbrent uiſum: nec nimis rari: ut prohibeāt minuta intrare ad oculos.

¶ Paſſiones omniū modoꝶ patiūtur: & inter alias patiūtur ſuoꝶ piloꝶ inuerſionē/q̄ curatur cauterizādo quēlibet pilū inuerſum/in ſua radice cū acu aurea: poſtea curāt ut alia loca cauterizata.

## ¶ De Anatomia oculoꝶ.

u Iſis palpebris occurrūt oculi ab ocultādo dicti. occultantur. n. inter palpebras/ad quos uidēdos ſcinde primo os frōtis in directo ipſoꝶ: taliter ut ſaltē alterū eoꝶ uideas modo infra dicendo: notādo primo neruū ſuū qui opticus eſt dictus/qui ꝑforādo ipſius tunicas uerſus centrū ipſius tendit: & inter cōiunctiuā & corneā eſt notabilis pinguedo/& caro glādoſa: ſuſcipiēs humiditates: ſicut facit caro glādoſa radicis linguę: quas extrariuat iterdū ꝑ naſum: & ꝑ foramina q̄ ſunt ī palpebris ante dicta: quibus mediantibus tam pinguedine/q̄ humiditatibus ſeruantur oculi ab exſiccatione.

